

EMBLEMA IV.

Bellum non faci è mouendum.



IIII.

Non expedit conscutere felicem statum. Seneca Oedip.

Desine: florilegæ quid turbas horrea gentis?
 Atque quiescentes, stulte, laceassis apes?
 Non impune feres: aderunt mox excita castris
 Agmina: bella tibi, bella timenda manent.
 Ecce laceffit portis exercitus omnis
 Iam ruit: auditur vox imitata tubas.
 Non facile euades: en vndique cingeris armis,
 Et fœdant vultus spicula sæua tuos.
 Tota tuam subeunt (sentisne?) examina vestem;
 Et tumet à plagis iam tibi tota cutis.
 Armatam frustra depellere niteris iram:
 Hanc aciem contra, te nihil arma iuuant.